UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 4. Tertio: nisi sunt Christum scommatibus & opprobriis affligere; post tot illata vulnera: sicut Iob contigit & Tobiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53092

Visual Library

ruſalem innumerabilis confluxerat ad Paſchæ ſolemnitatem, qui omnes mortis Chriſti iuſtam inquirerent rationem, de qua tam honoſica perceperant, quam ſi vellent inueſtigare, non tolerando eorum cunctis malitia innoteſceret; vt autem hæc non fieret inquiſitio, decreuerunt eum medium ducere ad mortem inter duos ſceleratiſſimos latrones: quatenus talibus eum videntes ſocijs medium rapi vsque ad crucem, non eſſet, qui non crederet, eiſdem cum illis delictis inquinatum, eademque
Luc. 23. 32. morte digniſſimum. *Ducebantur cum eo duo alij nequam*; quaſi tertius eorum, ſcelerumque particeps, imo dux & anteſignanus.

Qui falſum conatur nummum diſtrahere, non
II. Similitudo. illum ſolum proponit, alioquin in particulari aduerteretur, & ad cotem inſpiceretur, vel lapidi inijceretur, quo ſonus exploraretur, ſed alijs veris inter miſcet vt illis paſtus oculus, falſum vt illis comparem accipiat. Ita Redemptorem noſtrum duobus medium interponunt latronibus, vt qualibet parte oculi coniiciantur ſemper obiectum recurrat latronum, & eum intuiti in eorum medio & eodem ſchemate notatum, idem de illo ac ſocijs eius ferant iudicium, *In medio eorum* (inquit D. Chry.) *vt ſuſpitionis eorum fieret particeps.* Si duos Francos vi-
D. Chry. Hom. 87. in Matth. [illegible] deris, qui alium medium ducant, eodem franciſco habitu indutum, vt indubium erit tibi, medium extremis eſſe æqualem. Si duos videris Clericos vt tales agnitos tranſeuntes, quos alius medius comitatur ſimili veſtimento decoratus clericali, quem honore videntur afficere, non aliud tibi occurrit, quàm & ipſum eſſe clericum, imo vtroque digniorem.

§. 4. *Tertio: niſi ſunt Chriſtum ſcommatibus & opprobrijs affligere, poſt tot illata vulnera: ſicut Iob contigit & Tobiæ.*

7 CEterum tertio, & quod amplius intenderunt Miniſtri Satanæ ab eo inſtigari, vt notat D. Thom. citans D. Chryſoſt. hoc erat, vt Chriſtum irriſionibus torquerent & di-
[illegible] ſterijs. Nihil grauius hominem affligit, vt credo D. Chryſoſtomo, triſtioribus afflictum euentibus, aut graui deiectum infirmitate, vel in pœna cruciatum, quam eum conuitijs & opprobriis exulcerari. Cum quis ſe bene habet, vix ſunt toleranda, quanto minus dum aduerſa premitur valetudine. Ita (inquit) perſpicuum eſt, quod quis letali preſſus infirmitate,

etiam amicorum verbis licet conſolatoriis, læ-
datur & fatigetur. Similitudinem adduco ex I.
D. Chryſoſto. *Quemadmodum acerba vulnera,* Dicteria
nec lenem quidem manus contactum ferunt, ſic & vix poſ-
animus perturbatus ad omnia indignatur, quouiſ- ſunt tole-
que verbo & motu dolet & offenditur. Hinc elicit rari.
inter alia hoc ſæuius Davidem offendiſſe, quod profugus à facie filii ſui refractarii, Abſalonis, & Hieroſolymis coactus excedere, obuium
habuerit abiectiſſimum ſcurram Semei, à quo 2. Reg. 16. 7.
non tolerandis impetebatur opprobriis, humani ſanguinis arguitur effuſor, vir diabolo confœderatus, iniuſtus regni poſſeſſor, & inuaſor alieni: quamuis enim ſemper moleſta ſint auditu conuitia: porro quando ea improperantur occaſione, qua quis abiecto languet animo, ſui præ mœrore vix compos, vulnere cor transfodiunt acerbiſſimo quocirca Dauidis quidem ſententia tali caſu integram ſeruare patientiam, opus foret maxime heroicum & idoneum, quo diuinam per hoc impetraret efficaciter miſericordiam. Cenſet autem D. Chryſoſt. Dauidem maiori dignum admiratione, dum tali caſu infractus ſuſtinet opprobrium, quàm dum Saulem, & proprium filium patitur ſibi refractarios, & cetera perficit, quæ de ipſo narrantur inſignia.

Hoc igitur modo conatus eſt diabolus Chriſtum affligere; ſi vulneribus inflictis, pœniſque conuitia ſuperadderet & opprobria; vnde poſtquam eum iam crucifixerat, vt ſic nihil iam amplius quidquam illi moleſtiæ inferri poſſe videretur, adhoc Iudæos acrius excitauit, vt ſcommatibus illum impeterent & irriſionibus,
ea quæ fecerat bona opera exſibilantes: *Alios* Pſal. 68.
ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere: 27.
quod Chriſtum quàm maximè exacerbauit, & idcirco in particulari de illo per David pias deponit querimonias: cum enim dixiſſet: *Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto &c.* adiungit: *Et ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Inhumanæ eorum non ſufficiebat ſæuitiæ vulneribus me configere, doloribus pœniſque exulcerare, inſuper & lingua maledica, & irriſoria cor meum irritarunt, quod idem erat, ac ſi vulneratis plagæ ſale & aceto perfricaremur. Cum autem diabolus non ignoraret per hoc Chriſto vehementiſſimum ſe allaturum tormentum toto ſtuduit conamine præoccupare aliquem, qui hoc officio conuitiandi ſumma fungeretur efficacia ſibi perſuadens quod Chriſtus iam in cruce exaltatus blaſphemias non audiret eorum qui de-

o ſum erant, acciuit ſibi duos latrones, vt pariter cum illo crucifigerentur, & quidem collaterones, vt ſupremis afflictus anguſtijs, hoc inſuper ut omnium acerbiſſimum ſubiret, quod illi proximi blaſphemiis eum linguaque ſua venenata conficerent.

II. Subſannationes fuerunt Iob moleſtæ.

Hæc fuit omnium vexatio acerbiſſima, ex iudicio D. Chryſoſt. qua diabolum Iob afflixit patientiæ ſpeculum, & hanc vt vltimam reſeruauit, exacerbandis omnibus eius vulneribus aptiſſimam: cum enim opes illi rapuiſſet, domum euertiſſet, filios interemiſſet, ſalute priuaſſet, doloribus ac lepra à capite vſque ad calcem infeciſſet, & in ſterquilinium eieciſſet. vxorem reſeruauit, vt eo ipſa concurrens, in dignis virum conuitiis exacerbaret, naſo ſuſpenderet, digito notaret, cunctaque eius opera petulanter lingua geſtuque ſubiannaret: *Adhuc in permanes in ſimplicitate tua? Benedic Deo & morere &c.* Optimè nouerat Iob ex qua pharetra talia promerentur ſpicula, nempe malitia diabolica. Idcirco notauit Spiritus S. dicendo, quod illi reſponſurus, conuerteris ſe (iuxta Septuaginta) *intuens in am.* Non dixit (ita D. Chryſoſt.) *Intuens eam*; ſed *in eam* id eſt verſus illum qui adſtabat, & loquebatur in illa, nempe diabolum, cuius hæc eſt aſtutia, doloribus ſociare contumelias & irriſiones, hoc etenim eſt oleum igni cruciatuum inijcere vt ex eo flamma accreſcat tantò vehementior.

Iob 2.9.

8

III. Similiter & Tobiæ.

Tob. 2.23

Eodem modo aggreſſus eſt Tobiam quem cum excæcaſſet, quà de cauſa ita affligebatur vt præ mœrore contabeſceret, velut mœſtæ mortis immerſus tenebris: vxorem inſtigauit & amicos vt præter hanc oculorum cæcitatem, ex illa ipſa conuitiorum caperent argumentum iuſtoque exprobraret: *Manifeſtè vana eſt ſpes tua, & eleemoſynæ tuæ modò apparuerunt.* Nunc manifeſtè conſtat omnibus inanes euaſiſſe prætenſiones & ſpem deluſam, qua bonorum operum tuorum mercedem tibi reddendam eſſe confidebas: hoc etenim eſt quod optimum Tobiam, cum tanta præſtaret patientia in triſtes illos gemitus in cœlum vſque compulit mœſtaque ſuſpiria; hoc lacrymas excitauit cæcis oculis, vt fontes eſſent vberiores; Hoc vltimum potentiæ fuit, quod diabolus in Chriſtum tentauit, quo cruciatu illum examinaret, cum ad latus illi concrucifixit, qui ſuper acerbiſſimas corporis pœnas, illi petulanter inſultat & fiduciam de regno grauiter exprobrat, nec non Saluatoris nomen exſibilat, qui utique ſeipſum ſaluare non poſſet.

Hic meo iudicio impletur illa Zacharię viſio: vidit enim ſummum Sacerdotem Ieſum filium Ioſedech veſtibus indutum ſordidis, & maculatis, præterea, inquit, adſtabat illi Satan bellum illaturus atrociſſimum. Ieſus noſter ſummus eſt Sacerdos, cuius veſtis erat ipſa humanitas: *Habitu inuentus vt homo.* Tota erat conſperſa macula à ſummo vſque deorſum, ſanguine, ſputis, nec pars erat vlla à dolore vacua: præter hæc adfuit & Satan bellum illi neceſſiturus, quod exorſus eſt ab ea hora qua poteſtas illi conceſſa eſt, & audiuit: *Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum*, & per hoc illi finem impoſuit, quod bellum fuit omnium moleſtiſſimum, quo Chriſtum in paſſione ſua, ſtimulaque exulcerauit. In finem latrones adſciuit, qui conuitiarentur ei: & hoc mihi conſtans eſt, quod Iudæos vt hoc illi facerent tantò diligentius, excitarit, vt ipſos irritarent, & in Chriſtum acriter accenderent, illis aſſerentes quod ipſe cauſa eſſet, cur ipſi tunc temporis p[illegible]tur: nec enim tempus tunc eſſe tam horrendi triſtiſque ſupplicii, cum feſtum Paſchatis inſtaret iucundiſſimum: ſed cum neceſſitas vrgeret, vt hic in malam crucem adigeretur, qui mortem accelerarent, quo ſine dubio illi contra Chriſtum grauiter mouerentur.

Nec hoc contentus diabolus quod à longè Iudæi Chriſtum dicteriis ſannisque impugnarent: inſuper & alium ſtatuere voluit illi proximum, qui è vicino conuitiis eum irritaret: vt enim lancea certum infligas vulnus, non expedit tibi abeſſe procul, ſed propius eſt accedendum. Vt linguæ lancea certum Chriſto vulnus illi infligant, intendit, vt adſtarent propius imo ſint collaterales, qui velut duo militi trapeti vnus ex hac, alter ex altera eum parte diſcrucient. Heu Domine, tibi modo licet dicere. *Dolores inferni circumdederunt me,* quia ex omni parte te circumcingunt, ita vt omnes tibi viæ præcludantur conſolationis; Si cœlum aſpicias, obſcuratur: ſi ad Patrem te conuertas ſe tibi ſubtrahit: ſi terram inſpicias inimicorum cernis conſpirationem, tibi acclamantium; ſi matrem intuearis chariſſimam, ipſa eſt tibi grauioris doloris incrementum ſi ad latus te conuertas, illud Satan tibi circumuallauit, illi qui linguarum ſuarum lanceis cor tibi transfodiant, & augeant cruciatus; ea namque de cauſa talia tibi ad vtrumque latus fulcra ſuppoſuit. Quid ages? Eia Domine ter maxime, modo tempus eſt, quo tuam prodas potentiam, & Satanam eiuſque miniſtros ſuis ſplendoribus

quia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quiuiceritias; O t[illegible] Dominum ſcient[illegible] eum, & tantum quidem earum omnium, vt ſi noſtri illi multa, tu tanto plura noueris; efficies etenim vt ipſæ cogitationes eorum fundamentum ſint, cui laus tua & honor fixius inniteretur; ſique medium ac honoris tui & gloriæ miniſter fideliſſimus, quem illi miniſtrum erexeram doloris tui pœnæque peruerſiſſimum.

§. 5. Vnus autem de his qui pendebant latronibus. *Superavit Christus diabolum propria illius lancea, ſicut Banaias Ægyptium, virtutem ſuam oſtendens diuinam.*

HAc occaſione triumphum Chriſtus retulit de diabolo eiuſque miniſtris illo eodem facinore, quo generoſus ille fortiſque mi-
5 les & nobilis Banaias, vt talis ab ipſo Spiritu S. commendatus, non ſemel ſed iterato. Inſurrexit in illum Ægyptius homo proceritate corporis giganti conferendus imo turri, quinque cubitorum altitudinis paulo minor ipſo Goliath, robuſtus, audax, intrepidus, nemini ſecundus, viribus ſuis armiſque fidens; cum illi aliquoties arroganter inſultaſſet, tandem ſtatutum eſt illum bello adoriri monomachiæ, lancea quam manibus vibrabat, tanta vt pinum arborem eſſe dixiſſes. Accedit illa ferox, minax lanciſque petens ducis Banaiæ. Occurrit illi Banaias animoſus ſola virga tutus; vt magis videretur plateas obambulare, quam prœlio decertare, giganti appropinquat, & antequam hic ſuam poſſet torquere lanceam, dextero Marte illam manu ſua manibus eius extorſit, ſuaque reddit arma, in eum conuertitur, & ea ipſa gigantem percuſſit, latera transfodit, in terram proſtravit, elumbum viribus, vitaque ſpoliatum: *Vi extorſit haſtam de manu Ægyptij & interfecit eum haſta ſua.*

2. Reg. 23. 1. Par. 11. Egregium planè facinus, & quod Spiritus S. non ſcripſit (inquit D. Hieron.) niſi vt nobis in illo viro Chriſtum deſcriberet, in nomine factoque delineatum; Banaias enim, vel Banaas ſignificat, inquit, *Ædificator domus*, nomen Salvatori proprium, ædificator Eccleſiæ militantis & triumphantis, de quo ea de cauſa canit Pſalmiſta; *Ædificans Hieruſalem Dominus:* item Iſaias aſſerit idcirco à Patre miſſum in orbem; *Ego ſuſcitabo eum ad iuſtitiam, & omnes vias eius dirigam: ipſe ædificauit ciuitatem meam* imo magis adhuc propriè hoc alia declarat ſignificatio: Banaias id eſt *filius hominis*. Tu iudica an nomen hoc Chriſto Domino conueniat, de quo toties cœleſtis Pater intonuit; *Hic eſt filius meus dilectus.* In hunc militem, fortiſſimum & nobilem Dei filium inſurrexit diabolus Gigas ſoperbia tumidus, audax, temerarius, impudens, armis ſuis viribuſque fidens, bellumque mouit illi crudeliſſimum. Quæ non in eum audex molitus eſt? quos carceres non protulit, funes, catenas, alapas, ſputa, coronam, purpuram, arundinem, ſuæ inſtrumenta malitiæ! Porro tandem præſumpſit ter magnam & potentem arripere lanceam, qua propius illi viſcera transfodiat.

Pſal. 146. 2. Iſai. 45. 13. Matt. 3. 17. Luc. 3. 22.

D. Hieron. vel potius Beda illud quod ait Iob; *Circumdederunt me lanceis*, de linguis intelligit diſſolutis, quas contrà illum diabolus excitabat vxoris & amicorum eius, qui virum indignis irritabant opprobrijs; & familiare eſt S. paginæ lanceas vocare linguas petulantes & incompoſitas, non tantum quia lingua ſimilitudinem præfert lanceæ, ſed etiam quia cordis peruadit intima vt ait Spiritus S. *Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet oſſa.* O quantam librat gigas ille lanceam, ferro potentiſſimo præpilatam, linguam latronis ſub ſole nequiſſimi, impudentiſſimi, inſolentiſſimi, qui contra Redemptorem tanto mouebatur acrius, quantò & torquebatur acerbius, & credebat firmius, mortem ſibi ex cauſa Saluatoris accelerari. Deſcendit eximius hic Banaias in campum in monte Caluariæ illi aduerſarius, ſola Crucis virga armatus; talem etenim nobis eum proponit D. Ioan. *Baiulans ſibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locum.* Hic fixè ſiſtit, nec faciem auertit alio. Ea hora qua gigas infernalis ſuam in eum dirigere contendit lanceam, eumque ſua conatur lingua tranſuerberare, hanc illi de manibus euellit lanceam, diuinis ſuis manibus ipſe longe potentior, eamque in eum torquet & retorquet, nec non truculentis ea ipſa diabolum cædit vulneribus, etenim cor latronis apprehendens, linguam illi mouit, qua pro ſe contra blaſphemos defenſor reſponderet, Chriſti prædicaret innocentiam, teſtaretur vitæ ſanctimoniam, exponeret quiſnam ille eſſet, qui in Cruce moriebatur, & tantæ mortis rationem, ipſe poteſtatis illius & regni magni- 10
tudinem præco nuntiaret.

In c. 16. Iob. Iob 16. 14. Eccl. 28. 11. Ioan. 19. 17.

Hoc inter alia, teſte D. Athan. clarius confudit diabolum, ſtupefecit, eiuſque præſcidit brachia, dum inuitus frendenſq, cernit eum, quem Chriſto ſtatuerat aduerſariū, fieri illius encomiaſten, confeſſorem & teſtem ſanctitatis irrefragabilem, *Ad*

D. Ath. Tract. de Paſſ. & Cruce Domini.